

Questio Musicastronomica

An Orbes Coelestes suo motu

*concentum edant, ut olim Pythagorici Philosophi
voluerunt, & post hos Macrobius libro 2. super
somnia Scipionis cap. 1. & aliquot alij.*

*Tractata ex Aristotele libro 2. de caelo cap. 9.
et Platone lib. 7. politicorum:*

IN HONOREM NVPTIA- rum doctissimi & ornatissimi

*Juvenis Dn. NICOLAI Godschovij, Organicinis
apud Stargardienses solertissimi, Dn. Magistri Iohannis God-
schovij, Scholae Stargardianae Rectoris fidelissimi, filij, Spōsi,
contrahentis matrimonium cum pudicissima Virgine
ANNA, prudentissimi viri Dn. Ioachimi Valen,
Consulis Cörlinensis filia, Sponsa: anno Christi
1600. die 1. Septembris.*

Autore

*DAVIDE HERLICIO, Philosophiae &
Medicinae Doctore, Physico Stargardienium.*



212

STETINI

Exprensa typis Rhetianis.

Carmen nuptiale.

HÆc est illa dies, qua virgo pudica jugali
Fœdere NICOLA O jūgitur ANNA suo.
Huc igitur plectri gen^o omne frequētis adesto,
Et vaga flexanimos defer ad astra sonos.
Nunc surgant CITHARÆ, fidibus TESTVdo canoris
Obducta argutis edat opus numeris,
Garrula ventoso modulamine TIBIA carmen
Fundat, in artificis bucca operosa sui,
Ductilis in longum resonet nunc BVCCINA sponso,
Nec taceant blandæ fila canora LYRÆ.
Nunc TVBA, nunc stridor LITVI clangorq; strepentis
Dent sonitum, & bombis TYMPANA rauca suis.
Concava tinnitum lato addant CYMBALA pulsu,
PANDVRA harmonicum fingat amica melos,
Pneumatico inprimis exultent ORGANA cantu,
Organa nata homines, nata movere Deum,
Organa diversos ex se fundentia plausus,
Murmura, stridorem, sibila, mox strepitem,
Mox fremitum, mox clangorem tremulum, atq; susurrū,
Tinnitum, aut cuculum quando imitantur avem,
Aut alias produnt per mille foramina voces,
Quas potes artifici Sponse ciere manu.
Conspirate igitur vos FISTVLÆ hiantē palato,
Omnionum Sponsis flando parate melos.
Vosq; adeò, quicunq; aliquid calletis in arte hac,
Huc agite, hinc vestræ nunc facite artis opus.
Pars digitis prompti, percurrите pollice chordas,
Aut quocunq; alio plectra agitate modo.
Ludite pars flatu, buccasq; implete tumentes,
Pars alio svavem se faciat modulo.

Vna-

Vnanimes gaudete hodiè, nunc ludere tempus,
Sponso ut ad obsequium **MVSICA TOTA** fluat.

VOs quoq; quorum opus est impellere cantibus aures,
Et dare dulcifluos gutture ritè modos,

Aëra concentu mulcete, & cantica linguis
Reddite, & harmonicos ore referte tonos.

Huc **ORLANDE** tui defer modulamina cantus,
Nate Orlande homines flectere, nate Deos.

Crede, tuum quoties nostris super auribus illud
Verè admirandum barbiton insonuit

Hactenus, exulto toties, & maxima cordi
Gaudia do, curas hinc minuoq; graves.

Nunc quoq; te facilem mihi da, nec subtrahe nostris
Votis te, haud lassas **LASSE** dabo aurículas.

Tu quoq; mi **MEILANDE** tuas non invidus odas
Huc dabis, & cantus **LANGI** ad amande tuos.

Este pares studio, facili certate **Minerva**,
Lati argumentum ostendite nunc animi.

Non dubium est, aderit concentu **HENDELIVS** alto,
se Cantu abiens quicquid tristia corda parat.

Salvete ò animæ cœlestes, ò mea verè
Gaudia, & huc celeres, vos rogo, ferte gradus.

Salvete, & nostris cantando applaudite Sponsis,
Ferte aliquid vestri gutturi è pharetra.

Mirificè coluit Sponsus vos hactenus, ergò
Huic thalamum harmonijs condecoratur pijs. *e*

Tu quoq; **BELICI** suavissime cygne canentum,
O Stargardiaci flosq; decusq; chori

Huc ades, atq; tuæ cupidos dulcedinis euge
Exhilara, & lepidis nos recreato tonis.

Tu puram harmoniam poteras dare, non ululatum,
Non erat infanus clamor in aure tua.

Ovidius li. 4.
Metamor: V-
biclyraque,
Tybiaque &
cantus, animi
felicia lati Ar-
gumenta, so-
nant.

Verè elegans suaviscq̃ fuit tua Musica, nunc te
Post obitum meritis laudibus evehimus.
Tu celebres inter fermè celeberrimus extas,
Mirantur modulos extera regna tuos.
Artifices inter præstantes tu quoq̃ celsum,
Me non tam stolido iudice, habeto locum.
Ergò ades, atq̃ tuæ blando modulamine Musæ
Nos recrea, et plectris exhilarato tuis.

Vosq̃ Poëtarum castissima pectora adeste,
Quorum docto elegans carmen ab ore fluit.
Condite disparibus numeris nova carmina, versus
Edite, in alternos cogite verba pedes.
Detrectabit opem haud vobis facundus Apollo,
Num mina pieridum ter tria præstò aderunt.
Sat scio, tentate, et verba haud invita sequentur,
Spontè fluent facili dicta venusta pede.
O utinam docti **MARONIS** Musa superstes
Viveret, aut Phœbus **NASO** poëta tuus,
Aut **FLACCI** lyra culta mei, vel vena **TIBULLII**
Fæcunda his nostris sit data temporibus.
Quanto ego eos colorem motu, conamine quanto
Exprimerem mores, vitam, habitum, studia.
Illorum sequerer vestigia Numinis instar,
Illorum haud renuens umbram etiam colere,
Si me fortè aliqua virtute poëtica, & aura
Phœbæa cuperent tam cupidum imbuerè,
Aut parvam guttam cerebro instillare, rudiq̃
Non nimium cultos versiculos animo.
Ah avido haurirem divinos ore liquores,
Imo his me totum fontibus obruerem.
Tunc plenis buccis gratantia carmina Sponso,
Pectore tunc docto verba diserta darem.

Sed

Sed quia non cuivis contingit adire Corinthum,
 Ianua Musarum et semia porta mihi est,
 Atque aliquo saltem me affecit Apollo favore,
 Dona dei et certo sint capienda modo ;
 Idcirco hos tenues non aspernabere versus,
 Sponse mihi meritò firma adamande fide,
 Dumque Mathematicum propono problema Minerva
 Pingui, (illud studijs convenit ecce tuis)
 Me noli ridere, levi quod tam ardua versu
 Explico, jejunis luxurians elegis,

Quæstio Pythagorica.

Pythagoras olim Sophiæ celeberrimus autor,
 Ingenio pariter magnus, et arte gravis,
 Harmoniam ætheris effinxit ab orbibus edi,
 Astrisque inter se Musicum inesse sonum,
 Ac veluti certo positas ex ordine sphaeras
 In stadio cernis currere rite suo,
 Sic voluit, concentum harum prodire rotatu,
 Hincque aliquem fieri plusve minusve sonum,
 Corpora (a) enim (his causis firmat sententiam) apud nos
 Magna et mota, suos audio ferre sonos,
 Non igitur tacito cœlestia corpora motu
 (Majora hæc illis sunt quia valde) fluunt,
 Et quoniam (b) hæc certis donantur legibus, haud est
 Absurdum, ut statuam his Musicum inesse sonum,
 Cur etenim in cœlis is concinnissimus ordo
 Non etiam harmonicos efficeret modulos ?

nata in magnitudine, distantijs, & velocitatibus motuum. Proportio autem est causa symphonix, Ergo corpora cœlestia edunt Symphoniam.

(a) Prima ratio Pythagoricorū : Ex motibus magnorum corporū generatur sonus apud nos. Ergo multo magis ex motibus corporum cœlestium.

(b) Secunda ratio : Corpora cœlestia sunt ad invicem bene proportio-

Erras

Refutatio.

Erras Philoſophe, & falſis rationibus actus,
(Sis licet eximius fama, & ab arte potens)
Nunquam perſvades, jurare in verba Magiſtri
Tam fatua, & dictis paſcere me ſtolidis.
In promptu cauſa eſt: Quis enim unquam hoc auribus
Audita ex ſphæris Muſica quando fuit? (haulit?
Invidiâne laboraret cœlum, atq; negaret
Nobis hæc bona, & hos harmonicos modulos?
Adducar nunquam, ut credam cœlo hoc vitium ineſſe,
Idc; ſibi ſoli, non alijs, canere.
Omne bonum quanto fuerit præſtantius in ſe,
Tanto ſeſe offert promptius erga alios.
An data Pythagoræ ſoli bona tanta fuerunt?
Nemo alius tanto munere dignus erat?
Solus is auritus fuit? herclè auritus is unus
Egregiè, imò aſini præditus auriculis,
Plurima & immenſa aſtorum ſunt corpora, motu
Quæ celeri & ſtadio præcipitante ruunt,
Inde herclè audirem, (modò ſi ſonus eſſet ab aſtris)
Afficeretq; animum Muſica tanta meum.

(c) Contra di-
cunt Pythago-
rici: Nos ſonũ
hunc non au-

dimus, quia ille eſt ſtatim cum naſcimur, vel à natiuitate nobis cœexiſtit, eique ita ſumus
aſueti, ut contrarium vel ſilentium nobis manifeſtum eſſe non poſſit. Et hoc probant à
ſimili: Fabri vel malleatores, propter conſuetudinem audiendi, non percipiunt ſonum
ferri, neq; diſcernunt ſuos ſonos malleorum, neq; diiudicant ſe eos audire.

Muſicus ille ſonus cœli haud noſtras ferit aures,
Scilicet à primo eſt germine congenitus
Nobis, aſſueti huic ſumus ipſo à limine vitæ,
A teneriſq; adeò hunc novimus unguiculis.
Ut nihil interſit, ſive alta ſilentia cœli
Credas, ſive aliquos ipſius eſſe ſonos.
Ac veluti ſua cum tractant fabrilia fabri,
Ferrum & candenti forcipe forte trahunt, Bra

Brachia magna vi jactant incude sub hirta,
Malleus ut multis ictibus inde sonet,
Non tamen inde sonum captant illi auribus ullum,
Tinnitum incudis vix semel excipiunt,
Scilicet assuetæ longis clangoribus aures
Discernunt nullos malleoli crepitus.
Sic in sphaerarum celeri (putat ille) rotatu,
Hanc nos assuetos non capere harmoniam,

Summus Aristoteles (d) trutinans benè semina litis
Tantæ, contra aperit talibus ora modis:

(d) Aristoteles
rationē pytha-
goræ sic refu-

tat: Si nos hujusmodi sonos non sentimus, et ab ijs per auditum nihil patimur: ta-
men cum soni sint omnium maximi, (ut vult Pythagoras, ratione maximorū cor-
porum) deberent inaninata corpora ab ijs pati maximas violentias & planè de-
strui: quia videmus magnos sonos tonitruorum inferre corporibus valdè duris, ut
lapidibus, lignis, aedificiis, ferro magnam videntiam. Ergo hoc magis contingere
deberet à sonis cœlestium, si aliqui essent.

Largior hoc: nostras, quam fingis, Musicam ad aures
Non ferri, et nullas gignere delicias.
Hos tamen esse sonos validos grandesq; necesse est,
(Exorti à magnis sunt quia corporibus)
Et crepitu ex illo duroq; hirtocq; fragore
Inferiora gravi nisu ita concutere,
Inde ut vim magnam pati oporteat, et violenter
Frangi, à tam grandi pessum ut eant strepitu.
Namq; vides, sonitu truculenta tonitrua diro,
Turbare auditum non modò, amice, tuum:
Quin vasto tonitru solidissima corpora scindi,
Sæpè graves lapides dissilisse, vides.
Nil horum ex cæli concentibus accidit unquam,
Ergo illud nullos edere credo sonos.

Deniq; si (e) à sphaeris fieret sonus, annè putares
Sphaerarum alisu quod sit opus socio?

(e) Alia ratio:
Oporteret illū
sonum cœli fi-

eri ex orbium inter se collisione. Sed hi non habent eiusmodi materiam vel substan-
tiam, quæ collisionem talem admittat. Et orbis illi non sunt reales, sed tantum ima-
ginarij,

ginarii, ad demonstrandas apparentias coelestes saltem assumpti et excogitati. Ergo
orbis suo motu nullum sonum edunt.

Namq̄ sonus non fit, nisi corpora collidantur,
Vt docet in Physicis magnus Aristoteles.
At non materia aut substantia talis in ipsis
Orbibus, allisum quæ patiat, adest.
Et nulli existunt verè orbis, nulli epicycli,
Axis, et eccentricus, linea nulla, polus.
Artis tradendæ saltem sunt Principia, imò
Figmenta artificis pura Mathematici.
Ergò vale, atq̄ alios concentus auribus offer,
Nil tua delectat Musica, Pythagora.

AT tua ceu melior, mi Sponse, est Musica: sic tu
Ipso etiam longè pythagora es melior.
Maçte tuo hoc studio, qui talia cantica profers,
Cantica nata homines, nata movere Deum.
Perge ita, et hymnisonis templum concentibus orna,
Et symphoniacis nos recreato sonis,
Sic Dominis dilectus eris, dilectus amicis,
NICOLAE, angelicis charus erisq̄ choris.

CAste DEVS, custos thalami, casti autor amoris,
Suggere conjugibus prospera fata novis.
Sponse tuis Votis bona Fata exposce: Beatus
Is thalamus, bona qui Fataq̄ Votaq̄ habet.



FINIS.



aut emissa voce magna ex
piravit **ps. nr.** Et uidi ce
ph lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver. hic homo
di filius erat. Erat aut e' in
heres de lege aliter. me
qs erat in. me. me. me.
et maria. me. me. me. et
yoseph. man. me. me.
Et cu' e' in. me. me. me.
eu. et misit. me. me. me.
miser q' h'ent. me. me. me.
ultra. **ex.** **E**rat
seru e' in. me. me. me.
erat qd e' in. me. me. me.
yoseph. me. me. me. me.
decurio. qd ipe e' in. me. me.
decurio. Et au' d'et. me. me.
me. adp'fate. et me. me.